

quere connixus est.) retundam aut regeram. Nisi rectius & cautius in Aristotel. pugnet, quod vult, minimè profectò efficiet. Putat D. Marcellus, me terræ proprium quēdā calorē attribuere, qui sic, inquā, terrę pprius sit, vt infitus animatiū calor animalīū proprius est. Equidem in toto eo capite hoc agit sedulò, ut terram calore natīuo præditam non esse probet. At hoc ego ne cogitavi quidē aut somniaui ullo vnq̄ tempore. Frustra igitur mihi obijcit, frustra me falsi aliquid affirmasse aut somniasse cōtendit. In toto illo Cōmentariolo, quē de Cometarū significatio nibus edidi, bis tātum calorē in terræ uiscerib. inclusi, mētionem feci. In quorum neutro si id affirmavi, quod mihi imponit D. Marcellus, absolutus ero ab omni crimine.

Prior habetur pag. 14. his uerbis. Exhalatio, quę Cometis alimētum & materiā præbet, à calore tum siderum, tū in terrę uiscerib. incluso, generatur, atq̄ in sublimē tū spōte sua fertur, tum à calore siderum attrahitur. Quis ex uerbis his istud me uoluisse probabit, cuius me reum facere conatur D. Marcellus? An qui dicit in terræ uiscerib. inclusum esse calorē, falsi aliquid asserit? aut calorē hūc terræ proprium & natīuum esse contendit? Neutrū ex prædictis uerbis meis rectē concluderit. Nam sub terra & calorē contineri non solum Aristotel. affirmat, sed ipsa naturæ opera, sensus & ratio confirmāt: ipse deniq̄ D. Marcellus comprobat. Ad Aristotel. quod attinet, plurimīs in locis hoc, quod dicimus, eum affirmare uidebit, qui obseruare uolet. In cap. de Niue, & de Grandine, clarius autem cap. 4. lib. 2. Meteorol. cū de uentis differit, hæc leges: ὑπάρχει δ'εντε τῆ γῆ παλὺ πῦρ, καὶ πολλὴ θερμότης. Non multo post, καὶ γὰρ τῆν ἀναθυμίασιν διαφέρειν ἀναγκαῖον, καὶ τὸν ἥλιον, καὶ τῆν ἐν τῆ γῆ θερμότητα ταῦτα ποιεῖν ὁ μόνον δυνατὸν, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον ἔσθην. His uerbis utrūq̄ affirmat & calorē in terra copiosum cōtineri, q̄ etiā antē scripserat & eūdē exhalatiuū una cū sole causā esse. Quinimò nō solū probabile aut possibile dicit esse, q̄ ab utroq̄ calore, solis scilicet atq̄ eo, qui in terra comprehensus est, ex-